



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 20. Levis contentio inter Electorem Archiepiscoporum Coloniensem & Leodiensem Episcopum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](#)

Sæc. XVIII. Postea tamen, cum per publicam  
A. C. 1728. delicti vindictam scandalum satis repa-  
ratum crederetur, Varsoviensis Nun-  
tius Apostolicus Posnaniensi Suffraga-  
neo interdictum relaxandi potestatem  
fecit.

## §. XX.

*Levis contentio inter Archiepiscopum  
Colonensem & Leodiensem  
Episcopum.*

Mortuo, ut retulimus, Nicolao Prin-  
cipe Abbate Stabulensi ac Malme-  
dyensi Ord. S. Benedicti, die secunda  
Augusti Deodatus Drion nonni tri-  
ginta annos natus in Abbatem, S.R.J.  
Principem & Lognæ Comitem post vi-  
ginti novem Gremialium scrutinies  
eligebatur: Ubi autem de ejus confe-  
cratione actum erat, quædam conten-  
tio exorta est; cum enim hæc Abbatia  
tam ad Colonensem, quam ad Leo-  
diensem Diæcesin sese extendat; uter-  
que Episcopus fundatum consecrandi  
jus habere videbatur: Hanc suboritu-  
ram esse difficultatem probe prospexe-  
rant viduatæ Abbatiae Religiosi, quo-  
circa rem summi Pontificis judicio re-  
linquebant, qui tamen, ne Colonensis  
aut Leodiensis juribus quicquam dero-  
garet, jam priori anno ad Neo-electum

Abba-

XXI  
icam  
repa-  
Nun-  
aga-  
atem  
  
pum  
  
Prin-  
ime-  
nda  
  
tri-  
R.J.  
t vi-  
one-  
nse-  
ten-  
atia  
Le-  
ter-  
ndi  
itu-  
xe-  
uo-  
re-  
nsis  
ro-  
um  
ba-

Sæc. XVIII.  
A.C. 1738.

Abbatem Pontificium transmisit diploma, vi cuius Eidem (sine tamen ullius præjudicio) plenam concessit libertatem, vel Colonensem vel Leodiensem pro sacræ inaugurationis munere s eligendi: Obstrepebat tamen Episcopus Leodiensis Georgius Ludovicus Comes de Berghes, cum enim tam Stabuletum, quam Malmedya in ejus Diæcesi sita & Ecclesiæ Leodiensi Anno 1576. incorporata fuisset, sibi soli Abbatem consecrandi jus competere causabatur: Nec minus solide jus suum propugnabat Colonensis Archiepiscopus atque Elector, in eo fundatum, quod hæ Abbatiae rursus a Leodiensi Capitulo segregatæ a Maximiliano Henrico Colonensi Archiepiscopo ad Argentinensem Episcopum translatae, & primum post pacem Rysvicensem restitutæ fuissent: nihilominus Clemens Augustus tum Archiepiscopus atque Elector Colonensis Apostolici diplomaticis reverentia permotus concessit, ut Abbas sibi a Pontifice indulta libertate plene frueretur: Eapropter hic Coloniam profectus, die vigesima tertia Augusti a Colonensi Archiepiscopali Suffraganeo in Domestico Ejusdem Sacello, assistentibus quatuor Abbatis, consueto ritu consecratus est. Erat is hujus sæculi quintus Princeps Ab-

Hist. Eccles. Tom. LXXVI. H bas;

Sæc. XVIII. bas; præcesserant enim Wilhelmus Ego  
 A. C. 1738. Princeps Fürstenbergius electus Anno  
 1681. & Anno Christi 1704. ætatis vero  
 septuagesimo quinto mortuus. Cui suc-  
 cessit Franciscus Josephus Lotharingia  
 Princeps. qui prius Coadjutor ac de-  
 dum Abbas Anno 1704. creatus obili  
 die vigesima septima Julii Anno 1715  
 annos natus nonnisi viginti sex; Suc-  
 cessorem habuit Joannem Ernestum Co-  
 mitem Löwensteinio - Wertheimensem  
 natum Anno 1667. electum die 15. Oct.  
 Anno 1715. & mortuum die vigesima  
 nona Julii Anno 1731. quo anno die  
 decima quinta Augusti suffectus est Ni-  
 colaus, & post ipsum Deodatus, quo  
 die decima quarta Januarii Anno 1741.  
 fatis functo in ejus locum electus Jo-  
 sephus de Nolet, qui Anno 1753. die  
 decima quarta Decembris Successorem  
 habuit Alexandrum de Linotte, antea  
 Malmedyensem Priorem.

### §. XXI.

*Conscientiæ libertas Catholicis a Fa-  
 deratis Ordinibus restricta.*

Quamvis Protestantes conscientiæ li-  
 bertatem velut Trojanum suæ, ut  
 vocant, reformationis Palladium a  
 primo sectæ exordio in hanc usque diem  
 plenis buccis crepent, illamque nec